42

Comes petrus Comes de Santo Georgio et de Bozyn, Judex Curie Serenissimi principis et domini domini Wladislai dei gratia
Regis Hungarie Bohemie etc ac waywoda Transsiluani et Siculorum Comes, Egregijs et Nobilibus Leonardo Barlabassy
Vicewaywode et Magistro paulo de Bartha Secretario nostris, Item comitibus, vel vicecomitibus et Judlium, alijsque
Justiciarijs partium Regni Transsiluanarum presentes visuris, Salutem et nostre benivolentie incrementum, Quoniam nos vniuersas
illas causas inter Egregios Nicolaum Ombozij Magistrum Curie nostre ab vna, ac petrum Coppanij partibus ab alia, Jam
Motas vel mouendas certis bonis causis et Racionibus ad id nos Juste et Racionabiliter mouentibus, potissime vero, propter arduitatem
ipsarum causarum et differenciarum, Tum vero quia vos Judicibus haberet pro suspectis vsque ad felicem nostrum ingressum ad illas
partes Transsiluanas duximus differendas et prorogandas, Immo differimus et prorogamus presentium per vigorem, Quod ita
vos harum serie diligenter Requirimus, Regiaque in persona vobis firmissime committimus et Mandamus, quatenus acceptis presentibus
illas causas partes inter prefatas motas vel per[...] vel[...] infra tempus prescriptum, differre,
[...]tis et prorogatis habere et Reputare debeatis, Neque ipsos interea Racione premissa in bonis et Rebus
[...]nfirare presumatis, Nec sitis ausi modo aliquali, presentibus tandem per lectis exhibenti Restitutis,
[...] beati Francisci confessoris, Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo

Petrus Comes et waywoda etc
Judex Curie propria

1510 Oct. 4 (?)

I.30